

cem annorum ille praesumitur. Amaya ubi supra, Sanchez d. i. 3. disp. 33. Alciatus in l. papillus 139. S. incola, ff. de verbor. signis. Parladore dissent. 103. unde cum in presenti ageretur de re ecclesiastica, videlicet de decimis percipiendis, creditur quoad eas parochiani, qui in Accionensi civitate commorantur, esse animum permanendi ibi non habent.

transibit terminos proximi tui, quos fixerunt patres tui in possessione sua. c. Diocesano suo. Cum enim adhuc in ipsa civitate Accion noviter a Christianis recuperata parochia divisae non essent, Episcopus credebatur proprius parochus, & ipse decimas percipere debebat, ut docuit Barbosa lib. 3. juris Eccl. c. 26. §. 2. n. 15.

TITULUS XXX.

De decimis, & primitiis, & oblationibus.

CAPUT PRIMUM.

Hieronymus a super Ezechielem.



Decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debet: rursus ex ipsa decimis Levitæ, hoc est inferiorum ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erant quoque decimæ, quas pauperibus reddebant. At vero primitiva, quæ de frugibus offerebant, non erant speciali nomine distincta, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionem quoque accipimus Hebræorum, non lege præceptam, sed arbitrio Magistrum innotam, quod quod plurimum, quadragesimam partem dabant sacerdotibus, qui minimum, sexagesimam: & intra quadragesimam, & sexagesimam licebat offerri quocumque voluissent. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum est, hic specialiter diffinitur, propter sacerdotum avaritiam, ne amplius a populo exigant in primitiis offerendis, id est, ut sexagesima pars offeratur eorum, quæ signatur a terra. Si enim corus, qui Hebraice vocatur Gomor, & a Serrugina dicitur Gomor, xxx. herbæ modios, tam in aridis speciebus, quam etiam in liquetibus: corhi quibus, & batus decima pars est cori: præcipitur quoque, ut sexta pars tam cori, quam corhi, quam huius detur Sacerdotibus in primitiis offerendis, quæ de tribus modis dimidium facit modium: perspicue supputatur, quam sexagesimam partem primitiarum sacerdotes accipere debent. Hæc interim juxta litteram, & Hebræam veritatem, & sensisse sufficiat, & audisse.

NOTÆ.

1 a Hieronymus. Ita etiam habetur in secunda collectione, in commentariis super Ezechielem, c. 36. in expositione illorum verborum, Et hæc sunt primitivæ, &c. ubi ait: Er hic mutatis nominibus mensurarum in lxx. editione confusa sunt omnia, ut quid dicatur, non possit intelligi. Qui enim supra pro ephi mensuram, & pro bato chœnica dixerant, & pro coro gomor, pro sico appendiculum, & hic pro ephi poliare mensuram, pro coro nunc gomor, nunc ipsum corum, & in mensuram olei pro bato, & sic id est cytham. Dicimus igitur primum juxta litteram, & hoc est, decimam partem omnium frugum Leviticæ tribui populus ex lege debebat. Rursus ex ipsa decimis Levitæ, hoc est inferior ministrorum gradus, decimas dabat sacerdotibus, & hæc est, quæ appellatur derelicta. Erant quoque alia decimæ, quas unquamque de populo Israel in suis hortis separabat, ut comederet eas, cum iret ad templum in urbe Jerusalem, & in vestibulo templi, & Sacerdotes, ac Levitæ invitaret ad convivium. Erant autem alia decimæ, quas pauperibus reddebant, quæ Græco sermone appellantur, & vocantur. At vero primitiva, quæ de frugibus offerebant, non erant speciali numero distincta, sed offerentium arbitrio derelicta. Traditionem quoque accipimus Hebræorum non lege præceptam, sed magistrorum arbitrio innotam: qui plurimum, quadragesimam partem dabat sacerdotibus, qui minimum, sexagesimam. Inter quadragesimam, & sexagesimam licebat offerri quocumque voluissent. Quod igitur in Pentateucho dubium derelictum est, hic specialiter diffinitur, propter sacerdotum avaritiam, ne amplius a populo exigant in primitiis offerendis, id est, ut sexagesimam partem offerant eorum, quæ signatur a terra, &c.

2 b Pentateucho. Circa scriptores librorum veteris Testamenti, quidam certi sunt, quidam incerti: illud certum est, Moysen scripsisse Pentateuchum, seu quinque libros, qui vulgo libri Moysi appellantur, quorum primus dicitur Genesis, quia in eo describitur generatio cæli, & terræ, & aliarum rerum. Secundus Exodus, quia in eo describitur exitus filiorum Israel de Ægypto, Tertius Leviticus, quia in eo describitur officium Levitarum circa tabernaculum, sacrificia, & alias legis ceremonias. Quartus Numeri, quia in eo numeratur multitudo filiorum Israel per familias suas. Quintus Deuteronomium, id est, lex secunda, quia in eo reperitur, & explicatur lex Domini, quæ fuerat data in monte Syna. Quæ tamen in sine Deuteronomii leguntur de monte Moysi, vel a Josue, vel ab alio addita sunt, ut docuerunt Becanus in analog. c. 1. n. 3. Cornelius a Lapide in com. ad Pentateuchum, fol. 23. Fr. Joannes a Sancta Maria in prolegom. sac. Script.

COMMENTARIUM.

3 IN presenti textu nulla refertur constitutio ecclesiastica circa decimas aut primitias, sed tantum ut perfecte intelligantur constitutiones de decimis, & primitiis, quæ sub hoc titulo compilantur, historice agitur in presenti capite de decimis, & primitiis, quæ præstabantur ab Hebræis in lege veteri. Et primo D. Hieronymus agit de decimis, secundo vero loco de primitiis, distinguuntur enim decimæ a primitiis.

illis suis Sacerdotibus, ut statim sequitur, ibi: Omnia quæ sanctificantur a filio Israel, tradidi tibi, & filiis tuis, pro officio sacerdotali. Quæ etiam spectat illud 2. Elære c. 10. vers. 34. Leviticæ offerent decimam partem decimæ suæ in Domino Dei nostri ad geophylacium, in domum thesauri. Quam sententiam sequitur Becanus in analog. c. 7. n. 6. Tertium genus decimarum erant earum, quæ singuli patres familias debebant quotannis apud se levare, & postea cum Levitis comedere in loco, ubi erat tabernaculum, vel templum, idque tribus anni temporibus, nempe in Paschate, Pentecoste, & festo Tabernaculorum. De his accipiendum est illud Deuter. c. 14. vers. 22. Partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco, quem elegerit, ut in eo homo illius invocetur. Tandem illud genus decimarum erat, quæ tertio anno singulis separare debebant in propriis domibus, & cum Levitis, peregrinis, pupillis, & viduis communicare, juxta illud Deuter. c. 14. vers. 28. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, & repones intra januas tuas, venietque Levites, qui aliam non habet partem, nec possessionem tecum, & peregrinus, ac pupillus, & viduus, qui intra portas tuas sunt, & comedes, & saturaberis, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus. Referunt Spondanus in anal. sac. anno 1575. Menochius, & Becanus ubi sup. Abulensis in Mathiam, c. 23. n. 14. c. seg. Carolus Sigonius de Republ. Hebræor. l. 4. c. 15. Petrus Caneus ubi sup. Josephus Scaliger in opus. de decimis et lege Dei. Ex his decimis solutus de omni cetero hominibus, pudenteque, item de bobus, capris, ceterisque animalibus, quæ vel pastoris virga transeunt, primo debebantur primitivæ, secundo themata, tertio decima. Primitivæ de spiciis, urvis, & oleis duntaxat offerantur (ut statim dicemus) in corbe, id est de fructibus novorum tritorum in area, aut pressis in torculari, & dicebatur folii de Tabul. Theraura solvebatur de cervo, aut fructibus elaboratis, tradebaturque sacerdotibus. Deuter. c. 18. vers. 4. cuius pars lege determinata non erat, moribus tamen certam fractionem accipit, secundum quos quando quadragesima pars fructuum dabatur, dicebatur themata magna, aut boni oculi, si vero dabatur quinquagesima, dicebatur mediocrius, quando vero offerenda sexagesima, quæ minor esse non poterat, dicebatur themata minor, vel maligni oculi: ita Scaliger ubi supra. Therauram colorem tenebant Hierosolymam, deservit in ipsis speciebus, condebaturque in apotheci Templi, l. 2. Paralip. c. 24. in cuius versu 13. traditur, custodia themauram præpositos fuisse Levitas spectare, quæ si non destitissent colorem, mittebantur qui eorum nomine esset deferrent in Templum: nisi Græco vocabulo Apostoli dicebantur, casumque fuit, nec ex Gentibus, sed ex populo mitterentur. Post primitias & themas colonus de residuo decimam partem omnium fructuum dabat, quæ solvebatur Levitis, & dicebatur hæc, Decate prole, id est decima prima. De hac decimatione prima rursus Levitæ decimas dabant sacerdotibus, quæ dicebatur, Decate decima, five decima Levitarum, ut est apud Tobiam c. 1. vers. 7. Numero c. 18. quæ pars erat sacra, nec poterat absumi, nisi in atrio Templi. Erat etiam præfata Hierosolymam defensiva, aut si longior via esset, distrahebantur species, pecunieque inde restata deserviebant ad comedendum Hierosolymis viciniam, oleum, frumentum, & inde epulum præbatur distam Charisiorum, five munit benevolentia, & charitatis, quæ accipiebantur coloni, decimatores, & Levitæ. Deuter. c. 14. vers. 24. Novem ergo reliquæ partes, tanquam profane, quæ Levitis cedebant pro eorum sustentatione, ubilibet ab ipsis poterant absumi, vendi & distrahi, etiam extra Hierosolymam d. c. 18. Num. vers. 31. de quibus decimationibus prima, & secunda, si fides est Petro Galatino de anac. catholice verit. l. 1. c. 5. magna cum cura egerunt Thalmudistæ: septima enim ejus pars, & commentaria ipsius pro novem capita de prima decimatione agebat, quæ pars Messiebat mactatissim dicebatur; octava vero pars, quæ dicebatur Messiebat mactatissim dicebatur; pro tria capita exponitur ab Abulensi supra. De secunda decimatione, quæ Levitis remanebat, aliam divisionem fecit Abulensis ubi sup. q. 149. c. 149. sed adductam sequor, quam esse congruentiorem explanationi presentis textus, dixit D. Josephus de Retes de don, c. 11. n. 12.

De decimis.

Circa primitias sciendum est, eas valde differre a decimis, æquidem primitivæ sunt primi fructus, decimæ autem sunt decimæ pars fructuum, & proventuum, & immediate offeruntur Deo in gratiarum actione pro frugibus terræ: hæc proxime Sacerdotibus dantur ad sustentationem, & stipendium pro ministerio, quæ servantur templo. Solum Sacerdotes & Pontifices accipiebant primitias, & primogenita a filiis Israel. Deinde sciendum est, quod primitivæ solvebantur ter in anno, ut notant Lyranus & alii. Primo in Paschate, de novis spiciis. Secundo in Pentecoste, de novis panibus. Tertio in Septembri, in festo Tabernaculorum, de novis fructibus. Nam illi tres tribus anni temporibus tenebantur omnes mares venire ad locum, quem elegerat Dominus, Deuter. c. 16. v. 16. De primitiis spicarum, quæ in Paschate offerebantur, intelligitur illud Levit. c. 23. v. 10. ibi: Cum ingressi fueritis ter-

ram, quam ego dabo vobis, & messeritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ ad Sacerdotem, qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis altero die Sabbati, & sanctificabit illum. Ritus autem offerendi describitur Levit. c. 2. vers. 14. his verbis: Si autem obtuleris manus primarum frugum tuarum Domino de spiciis adhuc virentibus, torreis igni, & confringes in morem faris, & sic offeres primitias tuas Domino, fundens supra oleum, & thus imponens, quæ oblatio Domini est. De primitiis panum, quæ offerebantur in Pentecoste, intelligitur illud Levit. c. 23. v. 17. ibi: Numerabitis ergo ab altero die Sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas usque ad alteram diem expirationis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis ex omnibus habitaculis vestris panes primitiarum duos de duabus decimis simile fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini, &c. Nominæ primitiarum, cum earum in sacra pagina mentio fiat, præcipue intelliguntur primitivæ illæ, quæ collectæ jam fructibus, tam ex messe, quam ex uvivis offerebantur mense Septembris. & licet harum primitiarum quantitas in lege Moysi non fuerit definita; tamen ex consuetudine, vel usu majorum receptum erat, ut daretur inter quadragesimam, & sexagesimam partem, ita ut liberaiores primitivæ essent pars quadragesimæ fructuum, strictiores vero sexagesimæ, ut tradit D. Hieronymus in presenti, & referunt Abulensis in c. 18. Num. q. 14. Maldouanus in c. 45. Ezech. P. Menochius de republica Hebræor. lib. 2. c. 16. cas Hebræi offerebant ex lana, c. 18. Deuter. vers. 4. & ex aliis fructibus, ut ait Isidorus Clarus in c. 15. Num. ibi: Dicitur vero Hebræi se teneri ad septem species primitiarum, nempe ad triticum, hordeum, uvas, ficus, olivas, malograna, & dactylos palmarum. Refert Novarinus lib. 3. scholasticarum, c. 13. Quam primitiarum prestationem Ecclesia approbavit, imo & præcepit, c. Ecclesia 13. qu. 2. c. decimas, c. reversionem, 16. qu. 1. c. decimas, 16. qu. 7. Nicolaus ad consuetudinem Bulgar. c. 89. ibi: Fruges novæ, & rerum offerre primitias etiam veteribus moris erat. Quod pene ab initio mundi Abel, & Cain egisse legitur, junctis tractatus a Baronio in apparatus, n. 9. & anno 1. n. 16. & anno 34. n. 52. c. 239. & anno 44. n. 88. & anno 57. n. 28. Turriano lib. 2. pro epist. c. 14. Beyerliok verbo Primitivæ, tom. 6. Joannes Darius de beneficiis, l. 1. c. 1. & foli. 2. cap. 3. Fagundes, Tamburino & Leonardo in quinque præceptis Eccl. Barbosa de offic. Parochi, c. 27. Lemaitre de decimis, lib. 1. c. 2. Alfeserra lib. 3. dissent. c. 3. c. 8. Et consuetudo vetus Ecclesiæ fuit, primitias novarum frugum benedicere in altari, ex imitatione Eurythiani Papæ, ut patet ex Pontificali Damiani, ibi: Sic instituit fruges sabbæ, & uvæ in altari benedicti. Et in Concilio Carthagen. can. 3. tramenti, & uvæ mentio fit, quæ in altari benedicuntur: & in Synodo Trul. can. 28. statuitur, ut primitivæ uvæ, & tramenti offerantur in altari benedicendæ, quæ peculiari benedictione, & in can. 5. Apostolorum, juxta veterem interpretationem cavetur: Offerre non liceat aliquid ad altare præter novam spicem, nisi uvas, easque primitias offerri in certis diebus Dominicis, inquit S. P. Damianus lib. 4. epist. 16. ibi: Post hæc illa scholasticæ sequitur, quæ dicitur Novarum, & cum primitias scilicet de novis frugibus offeruntur. Notatur D. Th. 2. q. 98. art. 4. Menardus ad Sacram. D. Gregorii, fol. 173. Salsary in Panopli. sacra. lib. 2. art. 15. Et de hac benedictione novarum frugum nonnulla notavi in cap. 17. Concil. Alibi, apud Decimas etiam primos fructus, frugumque primitias Deo offerri notum est. Pinius lib. 18. hist. c. 3. ibi: Non desultoriae novæ fruges, & uvæ, antequam Sacerdoti primitivæ libentur. Et lib. 12. c. 14. c. 19. Maximus Tyrus dissent. 14. n. 35. Agricolas ab hac religiofitate collaudat Porphyrius lib. 2. de abstinent. Audi Simplicium in cap. 38. Epistolæ. Externarum rerum, quas Deus dedit, primitias offero, nam jus, falsaque postulat his offerri primitias, qui dederant non quod his egeat Deus (neque enim probitate nostra egeat, neque rebus de se opinionibus); sed nos per hæc pro ea mensuram, quæ nobis convenit, illustrationis divine facti capaces Deum suscipimus, Ovidius lib. 1. Fast.

Farræ tamen veteris præstant, farræ mactatæ, Primitivæ Curvis farræ referre dabunt. Tibullus lib. 1. eleg. Et quocumque mihi pomum novæ educat annus, Librum Agricola pariter ante Deo. Apulejus in apolog. Horatius lib. 3. sat. 2. Porphyrius in lib. de abstinent. animal. Suidas verbo Hieronymus. Et prima ipsa ab ipsis Diis consecrata fuisse, patet ex Virgilio lib. 7. Æneid. Hæc sunt spolia, & de rege superbo Primitivæ. Ovid. lib. 3. Fast. Te meminit Gange, totaque Oriente subacta, Primitivæ magno supplicavit Jovi. Alia in hæc rem ex Echicibus subministrabant Basilis Legion. q. 4. scholast. cap. 3. Darcenus lib. 7. de sacris eccl. cap. 1. Germonius lib. 1. de sac. innot. cap. 14. P. Faber lib. 2. scholast. c. 3. Liadembrog. in not. ad Cæsar. de his natural. cap. 1. fol. 16. Tiraquel. ad Alter. lib. 5. cap. 18. & de primis, in præfat. n. 69. qui notant Abententes primitias crinum. Niamini dedicasse Delphis: in quam rem alia dabit Castaldus lib. de fest. Græc. verbo Asparius.

CAPUT II

a Paschalis II.

Novum genus exactionis est, ut clerici a clericis fugam decimas, vel animalium exigant: nusquam in lege Domini hoc praecepti legitur, aut permitti, non enim dicitur Leviticis decima accepisse, vel extorsisse leguntur. Illi profecto clericis, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt, decimas eis debent.

NOTAE.

a Paschalis II. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 7. & post Concilium Lateran. pari. 13. c. 16. Paschalis II. antea Renanus, seu Raynerius dictus, natione Thuficus, patria Bledanus, monachus Benedictinus, creatus Pontifex die 12. Aug. an. 1099. & floruit usque ad annum 1118. ut referunt Baronius, & Coriolanus in eis annis, & plures relati a Ludovico a sancto Carolo verbo Paschalis, in Biblioth. sacra, fol. 169.

b Leviticis a Leviticis. Consonat Alex. III. in c. 8. hoc tit. in 1. collect. ibi: Illud etiam mos a tuae petitionis affectu retrahere videatur, quod in veteri Testamento non recolimus nos unquam legisse, ut Leviticis Leviticis decimas solverent.

COMMENTARIUM.

Cum Paschalis in praesenti juxta verba in hac sexta compilatione transcripta ex dicta prima collectione affirmet, novum, & insolitum esse exactionis genus a clericis decimas petere, & statim affirmet clericos a clericis spiritualia accipientes, decimas solvere debere; in varias traxit sententias repetentes in praesenti, & Theologos Moralistas infra laudandos. Sed cum in hoc textu, prout extat in d. Concilio Lateran. nulla secunda partis mentio reperitur, sed tantum decisio referatur, & eius ratio assignetur, ibi: Illi profecto solvere laborum suorum decimas debent, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt. Ideo hac littera retenta tantum hic referatur prohibitio generalis, & absoluta, ne frugum, vel animalium decima a clericis petantur. Tum quia illi debent decimas praestare laborum suorum, qui a clericis spiritualia recipiunt. Quam Paschalis constitutionem ut exponamus, sciendum est quod decimas praedictas, praedia triplis generis, ac conditionis considerari, quaedam enim sunt propria, ac patrimonialia clericorum; quaedam Ecclesiae: & rursum haec ecclesiastica, vel ad dotem Ecclesiae pertinent, vel ad incrementum aliquid ipsius dotis, quae nimirum accesserunt Ecclesiae jam fundatae, & constructae. De primitiis, quae titulo proprii patrimonii possident clerici, decimas persolvere tenentur, quia cum sint potius tributa praediorum, quam personarum, presbyteri debent eas praestare parochio, in cujus territorio praedia sunt: docent communiter repetentes in praesenti D. Th. 2. q. 97. art. 4. Suarez de relig. tom. 1. lib. 1. de decimis, c. 17. quod etiam ad Pontificem, & Episcopos praedia possidentes protrahunt Borellus in summa decim. tit. 19. de decimis, n. 63. alii apud Hunnius in Encyclop. tit. de decimis, c. 2. Ex praediis capellaniarum idem probat Valenzuela consil. 6. n. 3. Gutierrez 2. canonica. c. 21. Barbosa voto 41. & consil. 42. per totum. Altert enim evenirent, ut parochia maxima decimarum parte fraudarentur, si parochianos, qui in eis praedia possiderent, ad sacros ordines contingeret promoveri. Unde PP. Concilium Mogunt. relati in c. si quis 16. q. 1. prohibent, ne clerici possint arbitrio suo decimas bonorum suorum in alias Ecclesias, nisi in eas, quibus iure competunt, transferre, ibi: Si quis laicus, vel clericus, vel utriusque sexus persona, proprietatis suae loca, vel res alicui dare delegaverint, decimationem proventum priorum Ecclesiae legitime assignant inde abstrahere nullam omnino habeant potestatem. Quoad ecclesiastica vero praedia, ea videlicet, quae dotem Ecclesiae constituunt, quia debent esse ab omni praestatione immunita, c. 1. de censibus, etiam a decimarum solutione sunt exempta, l. 2. tit. 1. part. 1. ibi: Fueras unde de las heredades, que son de las iglesias de siven. Quod & probatur ex Conc. Moguntino relato in Cabilonensi 2. c. 19. apud Gratianum in c. questi 16. q. 1. ibi: Questi sunt quidam fratres, quod essent aliqui Episcopi, & Abbates, qui decimas non solum dari Ecclesiis, sed illi coloni Missas audiunt, proinde decrevit sacer iste conventus, ut Episcopi, & Abbates de agris, & vineis, quae ad suum, & fratrum stipendium habent decimas ad Ecclesias dari faciant; familia vero ibi dent decimas suas, ubi infantes eorum baptizantur, & ubi per totum anni circulum Missas audiunt. Ex quibus verbis aperte constat, ibi non esse sermonem de praediis patrimonialibus, seu secularibus Episcoporum; sed de his, quae Ecclesia possidet ad clericorum suorum stipendium, & sustentationem, ut patet ex illis verbis: Quae ad suum, & fratrum stipendium habent. Episcopi enim non habent patrimonialia bona ad suum, & fratrum stipendium, ut per se constat. Ad hoc autem dicuntur ecclesiastica bona possessiones habere, quia illas sub sua cura, & dispensatione habent: docent D. Th. 2. q. 87. art. 4. ad 1. ubi Cajetanus, & Aragon. Sotus de iustitia, lib. 9. q. 4. art. 4. Nec aliud probant verba illa, decimas ad Ecclesias dari faciant. Ex quibus deduci videtur, Episcopos ipsos teneri ex ecclesiasticis praediis decimas solvere; nam verba illa contrarium habent sensum videlicet ut faciant

dari decimas ad Ecclesias suas. Ita enim addit Gratianus, & forte ita invenit in antiquo Concilio, licet nunc in Cabilonensi non legatur. Etique consonam casui, & decisioni Concilii; nam querimonia erat, quia Episcopi non permittebant colonos solvere decimas in suis Ecclesiis parochialibus, quae ut supponitur, erant distinctae ab Ecclesiis Episcoporum, vel Abbatum. Decisio autem Concilii est, ut si possessiones sint ecclesiasticae, & ad sustentationem ministeriorum Ecclesiae deputatae, Episcopi non solvant decimas praedictas parochiis colonorum, sed illa retineant pro suis Ecclesiis; ipsos autem colonos (quos nomine familia intelligit, sicut in parochiis suis solvere decimas, utique vel personales, vel praediales; quae ex praediis conductis habere solent, si praedia sunt intra terminos suarum parochiarum constituta: quare in summario ipsius textus ita negative legitur: Non persolvant de propriis praediis Abbatibus, & Episcopis decimas. Quod summarium accipiendum est de praediis ecclesiasticis, seu suarum Ecclesiarum; quod evidenter exprimitur ex canone Urbani II. qui refertur in notis Gregorian. post dictum caput questi, ibi: Perlatum est ad sanctam Synodum, quod sint quidam Episcopi, & Abbates, qui colonos ad se pertinentes non solum decimas dare ad Ecclesias ubi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur; proinde decrevit sacer iste conventus, ut Episcopi, & Abbates de vineis, & agris, ac frugibus, quae ad suum, vel fratrum utrumque laborant, decimas sibi pro benedictione, vel hospitium susceptione habeant; familia vero ibi dent decimas suas, ubi per totum anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. De praediis vero, quae voto, & pietate fidelium Ecclesiam jam fundatis, & competentis dote instructis accedunt, decimas Ecclesiae debent clerici, jmo una Ecclesia alteri Ecclesiae decimas persolvit, quando intra ejus fines, atque ambitus possessionem aliquam obtinent, ex praedicta ratione, quia videlicet cum omnes decimarias ipsi praedicti inhaerent, c. si quis laicus, 16. q. 7. transit in quaevisque possessionem, c. cum non sit, 33. dist. c. ex littera, de sign. Nec obstat quod per mutationem personae mutetur rei qualitas, l. cuncto, §. ult. ff. de publican. l. qui procuratorem 89. ff. de acquir. hered. Illud enim procedit quando qualitas inest rei propriae personae, ut in dictis iuribus, & in c. solus, §. 1. juncto verbo Semel, de iure patron. in 6. fecit tamen, si qualitas inhaerent rei ratione sui ipsius; tunc enim ex mutatione personae non mutatur, Clem. unic. vass. Prelatus, de suppl. regis, refoventur Peralta in l. cum patroni, n. 30. ff. de leg. 2. Gutierrez lib. 1. praet. c. 3. n. 13. At vero omnes decimarias inhaerent ipsi praediis propter seipsum, c. pastoralis 28. hoc tit. & ideo mutatione personae qualitas rei non mutatur. Hoc tamen modo Ecclesiarum utebatur se Gofridus Vindocinensis adversus Petrum Sanguonem Episcopum; nam cum salinarum omnium, quae in ora maritima Olonensi sitae sunt, decima omnes dates ecclesiae obvio Vindocinensi in dotem, & aliqua earum salinarum ad jus, & dominium pertinerent Sanctonensis Ecclesiae, decimas ex his persolvere conobio Vindocinensi Petrus Sanctonensis Episcopus repudiabat, eo argumento fretus, quod Ecclesia praefertim majores, minoribus decimas non solverent. Quam rationem vehementer impugnavit Gofridus Vindocinensis 41. lib. 3. ibi: Insuper etiam decimas salinarum veterarum, quas monasterium nostrum, patrimonium scilicet B. Petri, & ejus allodium per sexaginta annos pacifice possedit, nobis auferunt. Unde dilectionem vestram rogamus, ut quod aliter actum est, corrigatis; ne qui Apostolica praecipione nobis defensor constitutus fuerat, videatur persecutor; & sic lupus fiat (quod Deus abnuat) qui esse debebat pastor. Nobis dictum est, quia dicitur, quod Ecclesia non debet decimas dare. Hoc verum est, ubi Ecclesia nihil habet in Parocia alterius Ecclesiae; ubi vero Ecclesia in alterius Ecclesiae Parocia possessionem aliquam habet, vel quidpiam, quod decimari debeat, illi Ecclesiae decimas reddere debet, si illud illa possidere desiderat. Hoc tenet Italia; Hoc tenet Gallia; ibi enim novimus Ecclesias Ecclesiae decimas reddere, & majores minoribus, & minores majoribus, ubi altera earum possessionem obtinet in jure alterius. Circa decimas personales discrimen constituendum est inter clericos Ecclesiarum Rectores, & inter illos, qui a propriis parochiis sacramenta recipiunt. Rectores nullo modo decimas praestant, quia sicut nemo sibi ipsi obligari potest, ita nec sibi solvere, leg. tutor 19. ff. ad Velleian. docent Innocentius, & Joan. Andr. in praesenti Covar. lib. 1. var. cap. 17. n. 8. Moneta de decimis, c. 5. n. 4. Hunnius de decimis c. 2. Barbosa de offit. parochi, cap. 28. §. 3. Nec obstat si obicias, posse privatam personam diverso jure sibi obligari, quemadmodum tutor, tanquam debitor pupilli, solvit sibi ipsi tanquam tutori leg. quatuor 10. §. item, ff. de administr. tut. & Princeps potest filios suos legitimos efficere, non tanquam pater, sed ut Princeps, c. per venerabilem, qui sibi suis legit. & Consul, tanquam privatus, manumittere, vel emancipare filium, vel servam apud Iesum tanquam Magistratus potest, l. Consul, ff. de adopt. nam

CAPUT III

a Hadrianus Voigorn. & Herford. Episcop.

EX multiplici questione Vvilelmi Presbyteri de Cretona accepimus, quod cum Ecclesiam de Cretona xxx. annis, & eo amplius pacifice possedisset, monachi de Brueria decimas universas, quas de terris cultis eadem Ecclesia a prima fundatione sui semper percipere consuevit, in hoc quadriennio sibi, & Ecclesiae penitus subtraxerunt, cum inter Abbatem de Brueria Vv. nomine, de consensu totius Conventus, & praedictum Presbyterum xxx. annis, & eo amplius elapsis, talis intercessio dicitur a conventio scripto monachorum authentico roborata, quod monachi praedicto Presbytero, & Ecclesiae suae in integrum de blado, & universis leguminibus, quoad ius viveret, deberent persolvere decimas, exceptis minutis decimis, quas idem Presbyter ob exaltationem Ecclesiae monachorum quiescas clamavit. Cumque conventio temporibus trium Abbatum praescripti loci servata fuisset, Abbas illius loci ad praesentiam nostram accedens a nobis & privilegium obtinuit, in quo monasterio suo indultum est, ut de laboribus, quos propriis manibus, aut sumptibus excolit, nulli decimas solvere teneretur. Qui siquidem reverfus ad propria, tantam apud H. f. regem illustrem Angliae gratiam, & favorem invenit, quod Rex totam terram illius villae, in qua Ecclesia praefati Presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuum elemosynam contulit. Quo facto praedictus Abbas universis ipsius villae colonis expulsi, totam terram praedictae parochiae excolens propriis sumptibus, Ecclesiae debitos redditus subtraxit. Unde quia non fuit nostra intentio per privilegium nostrum praedictae conventioni derogare: f. v. per A. f. m. atque p. quat. utraque parte apud vos convocata rei veritatem plenius inquiratis: & si inter praedecessorem memorati Abbatis, & praenominatum Presbyterum consensu monachorum talis conventio facta fuerit, & per annum servata, eundem Abbatem, & monachos auctoritate nostra monentis, & districtius compellatis, ut eandem conventionem, vel compositionem, non obstante privilegio, nisi (quod non credimus,) de transactione ipsa in eodem privilegio continetur, & oc. & ap. cess. inviolabiliter teneant, & observent, vel exinde pacifice conveniant, & secundum formam compositionis redditus ipsi solvant.

NOTAE.

- a Hadrianus. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 17. & post Concil. Later. pari. 13. c. 11. nullibi tamen exprimitur, tempus Hadriani sit praesens Decretalis; credo tamen juxta temporis seriem esse Hadriani IV. qui antea dicebatur Otobonus, de quo plura Baronius, & Coriolanus anno 1154. quo ipse Pontifex creatus fuit: Ludovicus a Sancto Carolo in Biblioth. fol. 106. & alii Biographi Pontificum.
- b Brueria. Monasterium hoc Brueria est in Surreja, Angliae Provincia, in Comitatu Oxoniensi, tituli Sanctae Mariae Ordinis Gilbertensis, cujus fundationem refert Mantique anal. Gilbertensis, anno 1148. c. 19. n. 4.
- c Conventio. Quatenus compositio transactio super decimis facta subsistat, expolui in c. 2. de transact.
- d Blado. Bladus, vel bladum idem est, ac semen frumenti, praecipue frumenti, & designat quicquid in area reitur: unde imbladare, pro seminare; & imbladata pro seminata dicitur. Hovedenus an. 1198. agens de foresta Richardi I. ait: Et videnda sunt in regardo nova ellarta, & vetera imbladata sunt: quae in manu Regis, & quo Hadodo, vel legamine imbladata sunt. Nova autem facta erunt in manu Regis, si vetera facta sunt de frumento, vel sagine, utraqueque acra dabit XII. denarios de illa vestitura. Illustrat Joannes Vossius de vitis sermonum, lib. 2. c. 26. & Privilegium. Cujus mentio fit in c. ex parte 10. hoc tit. & in l. 5. tit. 20. part. 1. ibi: Et esse Concilio sue etablicido, quae valuisse et privilegio, que les otorgo el Papa Hadriano, quanto en las heredades, que avian ganadas facta aquel mismo Concilio.
- f. H. Rezem. Henricum II. videlicet, cui Hadrianus noster concessit dominatum Hiberniae, ut refertur Giraldus Cambrensis lib. 2. expurgationis Hiberniae, c. 6. ibi: Henricus ab Hadriano Papa privilegium imperavit ejusdem auctoritate, & assensu, Hibernico populo tam dominandi, quam ipsium in fidei rudimentis informandi, per Joannem Sarisburiensem postmodum Episcopum Carnotensem Romam ad hoc destinatum: idem Papa Regi anulum in investitura signum praestavit, qui statim cum privilegio in archivio Vvithoniae repositus fuerat. Parisius an. 1155. ibi: Rex Anglorum Henricus nuncios solennes Romam mittens, rogavit Papam Hadrianum, ut sibi liceret Hiberniae insulam hostiliter, & terram subjugare: quod Papa gratanter annuens, hoc sequens

privilegium ei designavit. Hadrianus Episcopus, servus, &c. Significasti nobis (sicut in Christo charissime,) te Hiberniae insulam ad subducendum populum legibus Christianis, & virtutum inde plantava extirpanda, velle intrare, & de singulis domibus annuum unius denarii Beato Petro velle solvere pensionem, & jura Ecclesiarum illius terrae illibata, & integra conservare: nos autem piis & laudabilem desiderium tuum favore congruo prolequentes, & petitioni tuae benignum impendentes assensum, gratum, & acceptum habemus, ut pro dilatandis Ecclesiae terminis, virtutum distringendo discursu, pro corrigendis moribus, & virtutibus interendis, pro Christiana Religione augmento iolum ingrediaris, & quo ad honorem Dei, & salutem illius insulae spectaverint, exequaris, & illius terra populus te recipiat, & sicut Dominum veneretur. Vvithoniae an. 1155. ibi: Rex Anglorum nuncios solennes Romam mittens, rogavit Papam Hadrianum, ut liceret ei Hiberniam hostiliter intrare, & eam sibi subjugare; quod Papa Regi gratanter annuit, & super hoc privilegium destinavit. Hovedenus pag. 528. Polydorus Vergilius lib. 3. histor. Angliae, Richardus Smithus in sermone Angliae, an. 1155. fol. 264.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu communiter deducitur, privilegium super decimis imperatum non derogare compositioni praecedenti super eisdem decimis: nam licet privilegium sit interpretandum ita, ut aliquid de novo conferat ultra id, quod jure proprio competit ei, cui conceditur, cum his, de privileg. ibi: Cum autem eis nihil conferret memorata indulgentia, sine qua id liceret eisdem: mandatum quatenus interpretatio huiusmodi retractata, ita quod dicti fratres ex indulgentia nostra videantur in hoc gratiam consequuti. Ex c. si Papa, eod. tit. in 6. cap. pastoralis, in fine, de appell. l. si quando 109. ff. de legat. 1. late probat Rodericus Suarez allegat. 28. per tot. Tamen cum jus speciale competit, aut ratione privilegii, vel compositionis, non censetur Pontificem velle cum detrimento ejus, cui competit, privilegium concedere, nisi ejus compositionis facta mentione. Unde cum in praesenti specie non solum ex jure communi, verum ex compositione plurium annorum lapsa firmata monachi de Brueria parochia decimas ex blado, & leguminibus deberent, privilegio noviter ab eis imperato non creditur derogatum juri parochia ex conventionione quaesito.

CAPUT IV

a Idem B. Cantuar. Archiepiscopo.

Commissum nobis a Deo dispensationis officium admonet multipliciter, & hortatur, ut universis Christi fidelibus, vel Ecclesiis debeamus utiliter providere, atque integra illis jura sua nos oportet, etque integra servare. Pervenit ad nos, quod monachi de Boxle b Sanctae Mariae, in Parochia cujus commorantur, decimas ex integro persolvunt, & eas reddere contradicunt. Eapropter f. c. per A. f. m. quat. praedictos monachos, ut ipsas decimas etiam de ipsis cultis, in quibus domus olim constructa fuerant, praefata Ecclesiae cum ea integritate persolvant, quae prius quam in eadem Ecclesia morerentur, solebant persolveri, sine ap. ob. nostra auctoritate compellas communi districtione: & sicut olim etiam de piscuis solvebantur decimae, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem transitis, decimas volumus absque diminutione persolveri.

NOTAE.

A Idem B. Ita legitur in prima collectione, sub hac rite. c. 18. In textu autem legitur, idem Thomae; sed utrobique male. Non B, quia temporibus Hadriani IV. nullus fuit Archiepiscopus Cantuariensis hujus nominis: non Thomae, quia si textus hic est Hadriani IV. ut supponitur, qui decessit anno 1159, non potuit rescribere D. Thomae, qui electus fuit in Archiepiscopum Cantuar. anno 1161. ut probat Smithus in *sermone*, lib. 7, cap. 6. unde vel legendum est Alexander III. *Thome Cantuar.* vel cum in antiquis codicibus legeretur *idem Thomae*, cum transcribendum esset, *Theobaldo*. Theobaldus enim electus fuit in Archiepiscopum anno 1138. & floruit usque ad annum 1161. cuius praclaras animi dotes refert, & illustrat Smithus ubi supra, lib. 7, cap. 4.

b *Boles Sanctae Mariae.* Legendum est, *Bolesia Sanctae Mariae*. Monasterium Bolesiae, tituli Sanctae Mariae, est in diocesi Cantuariensi, Ordinis Cisterciensis, de quo Nicolaus Arselidius hac habet: *Bolesia titulo Sanctae Mariae fundata Guillelmo Comes Cantuar. tempore Stephani Regis Monachi Abbi. De eo agit Marquae tom. 2. annal. Cisterciensium, anno 1146. cap. 12.*

c *Perfolius.* Alias si non extaret memoria talis solutionis, & omnino praejudicia illa essent ad culturam redacta per dictos monachos, decimae ex eis non deberentur, c. ult. de *privilegiis*, ibi: Consultatione vestra breviter respondemus, quod terra, de qua non extat memoria, quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos viros noviter ad culturam, perpetuum debet quoad immunitatem de non solvendis decimis novum iure censeri. *Constitutio Alexander IV. in c. 2. hoc tit. lib. 6.*

d *Ad frugum fertilitatem.* Et merito; nam si ex herba, & pascuis decimae praestabantur, ex fructibus in eorum locum subrogatis decimae solvi debent, c. cum in *curia*, hoc tit. argum. legi *certa generi*, de *servit. rubic.* late probant Barbosa in *selectis ad hunc titulum*. Sicut et contrario si ex fructibus terrae, frumento, vel simili decimae solvantur, & postea deferatur terrae cultura, ex feno, seu herba decimae solvantur, c. 6. hoc tit. in 2. collect. ibi: Pervenit ad audientiam nostram ex conquestione B. Dolensis Archiepiscopi, Rectoris Ecclesiae de N. quod cum Ecclesia ipsa de frugibus quarundam terrarum, quae infra fines parochiae suae postea aferantur, decimas persolvere consueverat; nunc ad pratorum opus remanentibus eisdem incultis, decimas de feno, quod ab eis colligitur, eidem Ecclesiae circumspiciente, quae convenit, providere renauit; ideo d. v. p. A. f. m. quat. Ecclesia, de qua praemisimus, fecit decimas, quod de terra provenit, a memoratis eorum dominis per ecclesiasticam distributionem exsolvi sub. ap. ob. compellatis.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis communiter deducitur conclusio: Omnes parochiani, etiam religiosi, de praedictis propriis, ex quibus decimae olim solvantur, decimas persolvere coguntur. Quam conclusionem probant textus in c. alia *causa* 6. c. *causa* 41. cum aliis 16. q. 1. c. *pluribus* 7. de *partit.* Gregorius VII. in Concilio Romano, ibi: *Nullas Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quae secundum consuetudinem canonum ad Episcopatum pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diocesi habitant, detineat.* D. Th. 2. q. 87. art. 1. Illustrant ultra conceptos in praesenti a Barbosa & Doctores de decimis scribentibus, Duranus lib. 1. de *facris*, c. 20. Contrarius de *facris* dicit lib. 2. c. 6. Solorzano de *iure indiar.* tom. 2. lib. 1. c. 2. n. 50. Leander in *precept. Eccl.* tract. 6. disp. 6. q. 33. Carrasco ad *lib. Recepit.* c. 6. §. 4. per tot. Valenzuela *consilio* 33. et n. 72. Pellizarius in *manuali regum*, tom. 2. tract. 8. c. 7. §. 4. q. 7. n. 171. Hieronymus Garcia tom. 1. polit. *regul.* tract. 8. *difficult.* 3. dub. 2. *quod* 4. Pr. Ludovicus a Concepto in *examinat. iuris*, moral. tract. 2. in *priv.* & c. 1. Suarez tom. 1. de *relig.* c. 19. Paguendez in *precept. Eccl.* lib. 2. in §. *precept.* c. 4. *Conspicuo oper. moral.* part. 13. disp. *unic.* n. 9. Lemaitre de *decimis*, lib. 1. c. 11. Barbosa tom. 1. *verso* 41. Valenzuela *conf.* 3.

Sed pro dubitandi ratione sic in praesentem assertionem infurgo: Decimae praestantur parochis in compensationem laboris in administratione Sacramentorum impensis, ut infra dicemus: sed non percipiunt monachi sacramenta a parochis, imo ab omni lege jurisdictionali, & dioecesana exempti sunt, ut probavi in *cap. licet*, de *offic. Ordin.* igitur non debent cogi decimas parochis persolvere. Augeret haec difficultas ex eo, nam monachi Cistercienses, de quibus in praesenti agitur, exempti erant per nostrum Hadrianum Pontificem a solutione decimarum ex praedictis propriis manibus, & expensis cultis, ut constat ex c. *autocensura*, ubi notavi: igitur non recte in praesenti idem Pontifex decrevit, ipsos monachos Cistercienses teneri de praedictis ab ipsis laicis decimas integre persolvere.

Qua dubitandi ratione non obstante, vera est praesens decisio, in qua, in c. ex *transmissis*, c. *an nobis* a c. *ita nobis*, c. de *terro*, c. ex *parte*, c. *delicti*, c. de *terro*, hoc tit. agitur de personis, a quibus decimae solvendae sunt: quam partem praesentis tractatus ut plene absolvamus, sciendum est, regulariter ad decimarum praestationem teneri omnes fideles, qui de manu sacerdotis sacramenta recipiunt si aliquo modo ab earum praestatione non sint exempti, c. ex *transmissis* 23. cum *seq.* hoc tit. c. ut *decimas*, cum aliis, 16. q. 2. Concil. Cabilon. sub *Carolo* 28. Foroyul. tom. 14. Baronius in *apparatu*, tom. 9. &

Conclusio
parochiani, etiam religiosi, de praedictis propriis, ex quibus decimae olim solvantur, decimas persolvere coguntur. Quam conclusionem probant textus in c. alia causa 6. c. causa 41. cum aliis 16. q. 1. c. pluribus 7. de partit. Gregorius VII. in Concilio Romano, ibi: Nullas Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quae secundum consuetudinem canonum ad Episcopatum pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diocesi habitant, detineat. D. Th. 2. q. 87. art. 1. Illustrant ultra conceptos in praesenti a Barbosa & Doctores de decimis scribentibus, Duranus lib. 1. de facris, c. 20. Contrarius de facris dicit lib. 2. c. 6. Solorzano de iure indiar. tom. 2. lib. 1. c. 2. n. 50. Leander in precept. Eccl. tract. 6. disp. 6. q. 33. Carrasco ad lib. Recepit. c. 6. §. 4. per tot. Valenzuela consilio 33. et n. 72. Pellizarius in manuali regum, tom. 2. tract. 8. c. 7. §. 4. q. 7. n. 171. Hieronymus Garcia tom. 1. polit. regul. tract. 8. difficult. 3. dub. 2. quod 4. Pr. Ludovicus a Concepto in examinat. iuris, moral. tract. 2. in priv. & c. 1. Suarez tom. 1. de relig. c. 19. Paguendez in precept. Eccl. lib. 2. in §. precept. c. 4. Conspicuo oper. moral. part. 13. disp. unic. n. 9. Lemaitre de decimis, lib. 1. c. 11. Barbosa tom. 1. verso 41. Valenzuela conf. 3.

Impugnatio
ex parte
ulteriori.

Decimae
praestantur
ab omni
lege.

anno 44. n. 88. & anno 57. n. 24. & anno 277. n. 13. Turianus pro *canon.* lib. 5. c. 9. docent Suarez d. *tracl.* de *decimis*, cap. 16. Moneta *ent. tract.* c. 5. q. 1. plures relati a Barbosa de *decimis*, c. 23. §. 3. n. 1. Hinnius in *Excelsio*, d. *tracl.* de *decimis*, c. 23. plura iura in eandem sententiam congerunt Demochares lib. 3. de *facris*, *Missa*, c. 27. Anastasius Germanus lib. 3. de *facris* *immunitatibus*, c. 16. Theophilus Raynaudus tom. 12. *mana* & bona *Eccl.* c. 9. n. 12. five parochiani sunt divites, five pauperes, quia cum decimae ex iustitia debeantur, c. *parochiani* hoc tit. propter extremam iniustitiam committi non valet, nisi necessitas adeo extrema sit, ut ab aliis temporalibus praestationibus excuset, l. 4. §. *inopis*, ff. de *muner.* c. *honore*, c. *licet*, de *confess.* l. *omnes* 3. c. de *annatis*, lib. 10. facinor. *lex honor* 14. §. de *honoribus*, ff. de *offic. Praef.* late docet Velasco de *privilegiis*, part. 1. q. 37. per tot. Solorzano tom. 2. lib. 1. c. 22. & tunc debent suam egestatem parochis proponere, ut ita finant illis decimas retinere, ut docentur Gallos, Borellas, & alii relati ab Huanio d. c. 2. Et quia de personis ecclesiasticis, quatenus tenentur decimas solvere, c. §. in c. 2. hoc tit. & de *Judicis*, & infidelibus decimas in c. de *terro*, hoc tit. sapienter, ut de laicis, & religiosis tantum agamus. Laici ergo fideles omnes tenentur propriis Parochis decimas persolvere, quia sacramenta ab ipsis recipiunt, c. ex *transmissis* 23. cum *seq.* hoc tit. Suarez, Rebuffus, & Moneta, laudati a Barbosa de *offic. parochi*, c. 23. §. 3. nisi specialiter sint a Pontifice ab hac obligatione exempti, c. 2. de *Eccl.* *adhib.* Quoad Principes vero, supremo quoque Monarchas certum est, decimas debere, sed quia illi propriam capellam habent cum capellano, cui cura animarum committitur, idcirco et Principes decimas solvit, quia ab eo sacramenta recipiunt, ideoque curio Regis dicitur in l. 5. tit. 9. part. 2. De Regibus Hispaniae id retinetur Abbas Pinarol. lib. 4. *bis*, *Sancti* *Joannis*, c. 20. in *fine*, D. Ludovicus ab Exca in l. *noti*, c. de *palatis*, ff. de *Regibus*, c. 23. De Regibus Galliae idem tradit Lemaitre lib. 2. de *decimis*, c. 1. de quibus capellanis regulariter exanctus est canon 22. Concilii Mogunt. ubi tres clericorum classes Patres constituit, quorum alii sunt sub Episcopo, alii sub Abbate, & in servicio Domini Regis alii unde consistit, Reges secum clerum habuisse, quosque sacerdotum ab omni potestate Episcopi proprii exemptos, peculiarem parochiam constituisse, ad quam decimae regionum praedictarum spectabant, quae propterea autu suo dispensabant, coadebantque vel ecclesiasticis, vel laicis, quod de cetero fieri sibi prohibent PP. & hortantur Principem, ut capellas suas, si fieri possit, deinceps viros ecclesiasticos committat: *Indignum est valde, ut qui in Regia dignitate ceteros Ecclesiarum auctores Deo praecellit, negligentius quae Dei sunt, & sequi videantur: unde dignum erat, ut capellas villarum vestrarum laicis non committeret, sed suos illis, qui & eadem sacra loca religiosius tractarent, & vobis exinde aditus obsequium debitum impederent. Sed quia aliter causis intervenientibus res se habere dignoscitur, monemus, & hortamur, ut secundum canonem auctoritatem, ne (quod abhi) peculiarium interdictis anathematis ex decimis praedictis incutatis, si capellas vestras presbyteris, aut viros ecclesiasticos dederitis, & Dominicas decimas acceperint, sacra testis Ecclesiae, & luminaria exinde competenter provident, & presbyteri parochianis decimas accipiant, & populi necessitatibus debite invigilent. Si autem Laici capellas habuerint, a ratione & auctoritate alienam habent, ut ipsi decimas accipiant, & inde canes, aut gynciaris suas pascant: sed potius Presbyteri Ecclesiarum eas accipiant, & inde reparationem Ecclesiarum, & luminaria, & hospitium, aut pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, acfatu Regi vestri Domini misericordiam studiolo implent.* Huius vero interpretationi adhaerenda feci praevias, & Magnarum ejus aetatis scriptura non mediocriter conferunt: namque labente disciplina putabant Magates ad similitudinem Regis decimas se posse concedere Ecclesis, vel oratoris in propriis possessionibus contrahis. Hinc tot canonibus, & sanctionibus regis conlatae sunt haec decimarum translatio, ut in *cap. decimarum* abstrahis ab Ecclesia, ad quam per iustitiam dare debet, & tam praesumptive, vel propter munera, aut amicitiam, vel aliam quamlibet occasionem ad alteram Ecclesiam dederit, a Comite, vel a missis nostro distinguant, & eisdem decimae quantitates cum sua lege restituant. *Ex lib. 2. c. 36. ibi: Ecclesiae antiquitus constituta, nec decimas, nec alios possessionibus priventur, ita ut novis oratoris tribuantur.* Refert Lemaitre lib. 1. de *decimis*, c. 1. Novus notator Petri Blesensis ad *epist.* 81.

Ad monachos, religiososque viros accedamus. Et cum primis Ecclesiae temporibus illi, ut laici sacramenta a propriis parochis recipere, c. *illud*, cum aliis 16. q. 1. late probavi in c. *interlocutorius*, de *statu*, & *qualit.* decimas, & oblationes ut ceteri laici illis praestabant, c. *quod* 26. q. 1. c. 7. de *part.* Gregorius VII. in Concil. Roman. c. 9. *Nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quae secundum consuetudinem canonum ad Episcopos pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diocesi habitant, detineat.* De decimis illustris est locus Antiochi *hom.* 120. ubi asserit, decimas debere a monachis ex duobus. Primo ex his, quae aliorum beneficentia monasteriis donantur, & secundo ex his, quae opere manuum sibi ipsis monachi comparant. Daturaque hic mos pendendam decimarum a monachis etiam posterioribus factis, in eis praesentem regionibus, quibus pul-

pulla impietate nomen Christianum vigere cepit; ideoque in legibus Hungaricis S. Ladislaus *Declaratum* lib. 1. c. 26. statuit, ut Abbates de liberis suis darent decimacionem Episcopis: & monasterium D. Martini in Pannonia non modo frugum, & pecorum, verum & liberorum decimas quotannis offerre, refert Bonifacius *dec.* 2. lib. 1. & ex eo Bonifacius ad Innocentium III. lib. 1. *rescript.* 13. *april.* 1199. Quid autem sit dare decimacionem de liberis non satis constat. Lemaitre d. l. 1. c. 1. existimat, liberis accipi pro hominibus iuxta seruitutem manumissis, quos lub conditione operae monasteriis praestanda domini manumitterant; aut accipi pro servis oblati ad ministerium, & famulatum monachorum. De oblationibus a monachis faciendis aperuit etiam locus D. Hieronymi *ep.* 1. ad *Heliodorum*, ibi: Clerici pascunt oves, ego pascor; illi de altari vivunt, mihi quasi infirma arbori securis ponitur ad radicem, & manus ad altare non defert, nec possunt obtendere pauperetatem. *Quae solitudinem incolebant, patet et vita Mathias apud Palladium*, c. 18. in illis verbis: *Ille audivit vocem pueri, & apertis oculis cellae, flans intus dicebat ei, quis es, & quid tibi vis faciam? Respondit daimon: Ego sum hujus monachi minister, & sero panes, quoniam est agape tui notis fratris, & eras illucifcente Sabbato opus est oblationibus.* Illustrat Lemaitre lib. 1. de *decimis*, c. 12. Itaque primis temporibus, cum inter laicos versarentur monachi, tam decimas, quam oblationes parochis faciebant; sed cum postea coepissent ad sacros ordines promoveri, & non solum sacramenta sibi administrare, verum & in eorum collatione parochos excludere, & praedicti quoque ob inopiam propriis manibus excolebant, ceperunt eximi a decimarum praestatione, quae exemptio nititur naturali aequitate, quia deficit fundamentalis ratio solvendi decimas, videlicet quia sacramenta a parochis non recipiunt. Petrus Blesensis *epist.* 82. ad *Abbatem*, & *Conventum* *Gilberti*, ubi Richardus Cantuar. Archiepiscopus ait: *Non ponimus in oculum os nostrum, nec de causa summi Pontificis disputamus; sed si Dominus Pater indulgentiam speciali quocumque privilegio vestro, dum Ordo vellet in paupertate gaudere, dum in usus egentium sua tenuitatis viscera liberaliter effunderet, potuit tolerari ad tempus, licet in communem redundaret injuriam, quod causa necessitatis fuerat introducendum: nunc autem quando vestra possessiones multiplicatae sunt, etiam in immensum, privilegia haec potius ambrosius, quam religiosus intrinsecus censentur: quocumque indulgentiam privilegia Ecclesiae Romanae, vobis expresse non credo, conscientiam vestram, quod alienum est, usurpare. Quid si a Sede illa publicum emanasset edictum, quod ubicumque invenirent clericum, aut alterius habitus monachos equitantes, vobis liceret eos de suis eversionibus dejicere, & equos in usus proprios retinere; Quid interest equos rapinis, an decimas? nisi quia decimas res spirituales est, & ideo enormis sacrilegium in decimis committitur, quam in equis? Cum Dominus praecipiat decimas solvi, quis contra ejus praecipium potuit dispensare? Ubi divina, & humana iustitia sibi invicem contradicunt, obediendum est Deo magis quam hominibus.* Et tandem ubi seria adhortatione ipos ad eam immunitatem, aut ejurandam, aut temperandam invitavit, concludit hoc pacto: *Quod si pernicitas vos, & inflexibiles exhibitis, vinculo anathematis innodabimus univ. versis, qui aliquid vobis dederint, ut vendiderint, unde jus decimationis obveniat; atque in oculum clamabimus, & ad thronum summi Iudicis appellabimus, ne quis hujus vinculum communicationis absolvat. Principium etiam favorem in hoc plenissime obtineamus, ut gladio spirituum manus civilis assistat, ut quocumque contra Principale oraculum venierit, aut donatum vobis fuerit, confiscetur.* Quo autem tempore ceperunt hujusmodi immunitates, apud Interpretes adhuc non liquet, nam aliqui asserunt, a Paschali Pontifice exemptionem hanc originem ducere in c. *decimas* 27. 16. q. 1. ita Huanio de *decimis* c. 2. n. 15. Alii a Gregorio VII. ejus principium repetunt. Lemaitre d. lib. 1. de *decimis* c. 12. Sed verius est, in Concil. Moguntino fuit Paschali celebrato privilegium non solvendi decimas monachis concessum fuisse, d. c. *decimas*, c. *quelli*, 16. q. 1. succedit Gregorius VII. privilegium circa annos 1075, quod extat post Concil. Lateran. 7. 13. in hac verba: *Statuimus, ut monasteria ex suis praedictis nullo modo decimas solvere cogantur, quia si legitime danda sunt, orphanis, & peregrinis danda sunt. Indignum est enim, ut a clericis exigantur, qui propter eum, cuius viri decimas, pauperes ejiciuntur; nam pauperes Domini sunt, pauperum hereditas pauperibus ejus eroganda est, illis videlicet qui propter amorem illius, quae poterant possidere, dimittunt. Magna ratione nititur dictum privilegium, nam monachi quocumque lucrantur, non sibi, sed communitati acquirunt pro fructum sustentatione, & residuum in pauperes expendunt: unde iniuste ab eis decimae exiguntur.* Quod non solum in decimis personalibus, verum & in praedialibus, & mixtis, constat ex c. *licet* 11. de *decimis*. Post Gregorium VII. Hadrianus IV. circa annum Christi 1154. nonnullas edidit de monachorum decimis constitutiones, nempe cum ex dicti Gregorii VII. & successorum Pontificum gratia quocumque praedia a monachis arabantur, essent ab onere decimarum libera, si privilegium, ac libertatem ad loca novalia restrinxit, ut refert Alexander III. in Concil. Lateran. 7. 13. c. 7. Idem in *epist.* ad *Thomam Cantuariensem Archiepiscopum*, edixit ut monachi persolverent decimas ex integro de agris, & praedictis, quae olim culta fuerant, c. *commissum*, de *decimis*. Ampliavit D. D. Gensul. in *Decretal.* Tom. III.

dicta privilegia Alexander III. statuens, ut nec de praedictis, seu nutrimentis propriis manibus cultis, verum nec praedictis aliis locatis decimas solverent, ut coactat ex ejus epistola ad Archiep. Eborac. quae refertur post Concil. Lateran. part. 17. c. 3. ibi: *De consuetudinibus monachis abbi, & nobis, & canonice regularibus ad solvendas decimas de terris conductis, quae habent ad incrementum, vel ad firmam, a nobis sua discretione postulantur: sed te, vel quomlibet alium audire, aut exaudire super hoc nulla ratione possumus, nisi manifeste volumus obviare injustitiam, & praedictorum instituta contravere, ne videamur religionem persequi, quam si forte non habemus in nobis, in alios dilige, & servare tenemus. Sed idem Pontifex agnoscens Religionem augeri, & pluribus possessionibus ditari, statuit, ut decimas solverent religiosi de agris conductis, ut habetur d. c. 13. Concil. Lateran. 2. & Innoc. III. in Concil. Later. generali, c. 57. absolute monachis indixit, ut decimas praestarent de praedictis conductis, & noviter acquisitis, ibi: *Decimatis, ut de alienis terris, & annuo accipientibus, esse ex propriis manibus, & suspensibus excoluerint, decimas persolvant Ecclesiae, quibus ratione praedictorum antea solvantur, nisi cum ipsi Ecclesiae aliter duxerint componendum. Imo idem Innocentius lib. 4. *epist.* 87. compescit hujus privilegii abusum in quibusdam monachis, qui vineas emebant, ut vinum ex eis collectum possent distrahere, & ita ait: *Extendentes ad tur. pit lucra manus vestras, multitudinem emitis vinearum, de quibus sibi (id est Episcopo) vel Ecclesiae lux dioecesis dec. sine solvi solent, quarum vinum licet nequaquam in proprios usus expendatis, seu vendendam ad alias faciatas provincias deportari, decimas tamen sibi, vel ipsis Ecclesiae subtrahitis ex istdem. Et tandem illis comminatur in hac verba: *Sciens vobis esse merito formidandum, ne propter clamores ejusmodi sacrum Concilium auctore Domino in proximo celebrandum privilegia vestra coarctanda provindant, vel etiam revocanda; cum privilegium mereatur amittere, qui concessa abutitur libertate. Quo autem ordine ceperint haec privilegia communicari ceteris Religiosis, & monachorum Ordinibus, summorum Pontificum bullis testatur, Urbanus enim III. anno 1187. exemptionem a decimis indulgit Hospitali fratrum Ordinis Cruciferorum in civitate Bononiae, in bulla quae incipit, *Cum antecessor tuus*. Gregorius III. eandem exemptionem concessit Congregationi monachorum Montis Virginis, bulla quae incipit, *Religiosam vitam*. Innocentius III. anno 1219. eodem onere liberavit fratres Ordinis Redemptionis Captivarum, bulla quae incipit, *Operante Patre*. Joannes XV. monachis Calanenensibus, ut constat ex chron. Cassin. lib. 2. cap. 1. Innocent. III. Camaldul. lib. 2. *epist.* 12. & Cisterciensibus in *cap. ad audientiam*, hoc tit. Praedicatoribus, & Minoribus in c. *unius*, de *excess.* *Prout*, idem indulgere. Honorius III. anno 1216. eandem libertatem censuit esse communicandam Fratribus Praedicatoribus Ordinis Sancti Dominici, in bulla, cujus initium est, *Religiosam vitam*. Clemens IV. anno 1265. eandem exemptionem concessit fratribus D. Francisci. Quae, & alia privilegia referunt Miranda in *manuali*, tom. 2. q. 59. art. 12. Barbosa de *offic. parochi*, d. c. 28. §. 3. Pellizarius & Cruz ubi supra. Haec tamen privilegia tolerari posse ad tempus, ob paupertatem, ac necessitatem tantum, non si multiplicatae sint possessiones exemptionem docuerunt P. Blesensis *epist.* 82. l. *Sarisbar.* lib. 1. de *nugis Curial.* c. 11. & *epist.* 92.****

Sed circa praedicta privilegia nonnulla se offerunt dubia solvenda. Primum quia personam, quae possit ea concedere. Et dicendum est, Pontificem posse privilegium concedere, per quod quis eximatur a solutione decimarum, c. *an nobis*, c. *in* *gestum* 9. cum *seq.* ad *audientiam* 13. hoc tit. c. *si de terra*, c. *accusantibus* 15. c. *didum* 21. de *privilegiis*, docet Barbosa d. c. 28. §. 3. n. 12. Episcopus autem dictam exemptionem concedere nequit per viam privilegii, quia sanctionibus Pontificis, & Conciliaribus decimae assignatae sunt propriis parochis, c. *Ecclesiae*, cum *seq.* 16. q. 1. nisi sint decimae, seu decimarum partes illae, quae ad suam mensuram spectant, c. *quia circa*, de *privilegiis*, docent Moneta de *decimis*, c. 5. n. 129. Rebuff. eodem *tracl.* q. 5. n. 28. & 32. Secundum dubium vertitur circa praedia novalia, id est noviter ab ipsis monachis acquisita, an ad ea privilegia exemptionis extendantur? Et ad illa protrahi debere, probatur ex sequentibus. Primo, nam privilegia, quae a mera Principis liberalitate proveniunt, late sunt interpretanda, c. *quoniam*, de *prebend.* in 6. ab specie probant textus in c. *cum dilecti*, *lib. 6. de donat.* c. *olim* 16. de *re. si. c. quia circa* 22. de *privilegiis*, sed praedictae exemptiones a Summi Pontificis liberalitate, & beneficio proveniunt, c. *sedu* 15. de *rescript.* d. c. *quomodo*; igitur plene debent interpretari, & ad novalia extendi. Secundo id probatur in c. *ex parte*, et 3. hoc tit. in illis verbis: *Cum tibi, quod minus est, sit concessum, ut videlicet decimas de laboribus vestra praedictarum cum integritate persipias, de novaliis aut ex parte factis potes. Idem probatur ex c. *quia circa*, de *privilegiis*. Sed adhuc contraria sententia defendenda est, quae probatur ex c. *tua* 25. §. *final.* de *decimis*, c. *quia per novales*, de *re. si. c. ex eo*, nam privilegii, & praescriptionis eadem ratio est, c. *duo sunt*, de *offic. ordin.* c. *super*, §. *proterea*, de *re. si. Baldus de praescript.* 5. part. 2. *quod* 26. Sed praescriptio non extenditur ad novalia, c. *cum contingat* 28. hoc *tit.* Igitur nec privilegium. Deinde quia privilegium non extenditur ad ea, quae de novo accedunt, *Clement. 2. de censibus*, l. *si manserunt* 22. §. *in casibus*, ff. *mandati*, c. *felicitis*, de *parat.* lib. 6. l. *non innotat* 13. *cod. de servit.* Deinceps, nam omnia privilegia cum conceduntur contra jus commune, c. *privilegium*, 3. *diff.* c. *in* 25. q. 1. & contra juris dispositionem operentur, c. *in his* 30. de *privilegiis*, l. 2. ff.*

De dubiis circa haec privilegia.

U. A. N. E.

